



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Parallela Geographica Italiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

§. 2. Quantitas Italiae antiquæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13120

ITALIA denique communiter vocata est, vel ab Italo quodam, vel à Bobus quos Græci *Ἰτάλοι* dicunt, ita Varro. Quis autem fuerit ille Italus discussum reperies apud Cluuerium sub initium suæ Italiae.

§. 2. *Quantitas Italiae antiquæ.*

TERMINI } *Termini antiquissimi Italiae fuerunt Æsis Fl. Iesi, & Arnus Arno, postea deuictis Senonibus Rubico Fiumecino, quibusdam Pisatello.*

ITALIÆ } *Novi autem termini Antiquæ Italiae fuerunt ab Occidente Varus Fl. vel vt aiunt Polybius & Strabo, Alpium radices; ab Oriente Arfia, Fl. Arsa, vel vt alij volunt vrbs Pola, Pola.*

LONGITUDO } *Plinio lib. 3. cap. 5. ab Alpino iugo, seu Augustâ Prætoriâ per urbem Capuam cursu meante Rhegium; decies centena & 20. millia passuum: idem censent Solinus, & Martianus Capella.*

ITALIÆ } *Straboni lib. 4. decies centenum millium.*
Rutilio lib. 2. Itinerarij: Millia per longum decies centena feruntur.

LATITUDO ITALIÆ. } M A. } *Plinius lib. 3. cap. 18. à Varo Fl. per Vada Sabbatia Taurinos, Comum, Veronam, Vicentiam, Opitergium, Aquileiam, Tergeste, Polam, ad Arfiam Fl. 100000 millia passuum colligit; Cluuerius emendat 100000. M. P.*

X I. } *Idem Plinius lib. 3. c. 10. & Solinus maximam eius latitudinem, seu vt plurimum esse 30000. vbi fortè error pro 100000.*

M A. } *Plinio lib. 3. c. 10. vbi minimum, ait, cxxxvi. Mil. Pas. Idem sentit & Solinus.*

M E. } *Rutilio 2. Itinerarij vbi tamen angustissima dicitur*

D I O. } *— Augustissima tellus, Triginta & centum millia sola patet.*

CRIS. } *Plinio lib. 3. cap. 10. ad portum quem Annibalis*

M I. } *vocant, 40. mil. pass. vbi error irrepsit pro 20.*

N I. } *Martianus Capella 20. Mil. Pas.*

M A. }

FIGV- *Trigona* Polybio lib. 3. quem refutat Strabo lib. 5. sub
 RA } initium.
 I TA- } *Querneo folio similis*; Plinio lib. 3. cap. 5. *Solino* cap.
 LIÆ. } 8. *Martiano Capelle* lib. 6. *Rutilio Itinerarij* libro se-
 cundo.

AMBITVS } Propositus à Plinio, Solino & Martiano Capella
 ITALIÆ. } stare non potest, idcirco eum appellare præter-
 mitto vt ineptissimum, & à vero longiùs abhor-
 rentem.

MEDIUM } Plinius lib. 3. cap. 12. ex Marco Varrone, Soli-
 ITALIÆ. } nus, & Capella, in Agro Reatino locant ad Cu-
 tilix lacum quem Italix umbilicum vocant: *Po-
 zo Ratignono.*

§. 3. *Qualitas Italiae Antiquae.*

FERTILIS. Dionys. Halicarnassens lib. 1. eam fertilitate ante-
 ponit Babylonix, Ægypto, & omnibus terris. Ælianus lib. 9. Var.
 cap. 16. agnoscit in eâ ἀρετὴν πάμφορον ἢ εὐχοτον. Marcus Varro de
 re Rustica lib. 1. cap. 2. post multas & eximias laudes, ait in eâ
 vnum iugerum dare denos & quinos culleos vini. Plinius omnia
 his verbis videtur complexus esse lib. 37. cap. 13. *Quidquid est quo
 vita carere non debeat nusquam est præstantius, fruges, vinum, olea,
 vellera, &c.* Strabo denique libro 6. χρηστοκαρπία frugum præstan-
 tiam in eâ laudat.

RIGVA. Vocat eam Ælian. Var. lib. 9. cap. 16. εὐδρον, & Stra-
 bo lib. 6. laudat ibidem, τὸ μέγεθος ἢ πλήθος τῶν ποταμῶν ἢ λιμνῶν,
amplitudinem & multitudinem fluviorum; lege Plinium lib. 3. cap. 5.

PORTVOSA. Ælian. lib. 9. cap. 16. θάλασσα ἀγαθὴ παρέκειται αὐ-
 τῇ, ὅρμοις πανταχόθεν διελημμένη ἢ καταγωγαῖς ἀφθόνοις, ἢ κατάρσε-
 σιν. *Solinus* cap. 8. agnoscit Italix littora portuosa, orasque pa-
 tentibus gremiis commercio orbis accommodatas. *Plinius* lib.
 3. cap. 5. nominat eam gremium terrarum patens vndique, & ad
 iuandos mortales auidè in maria procurrentem Italiam. *Strabo*
 tamen lib. 6. in eâ agnoscit ἀλίμενον ἢ τὸ πλείον, & habere λιμέ-
 νας μεγάλας ἢ θαυμαστές, & vtrumque vtilissimum esse docet.

POPVLOSA. Ælianus lib. 9. Variarum cap. 16. ait antiquitus in